

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XXXIX. Vituperatio blasphemiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

test latere. Rectè enim Pindarus, tempus omni- *ληθη ex*  
 um parentem esse asseverat, & Poëtae veritatem *αληθεια id*  
 filiam temporis esse dixerunt, quæ etiam inter- *est, oblivio*  
 dum facillimè nec quæ sita, aut investigata, sua vi *q.d.carentia*  
 & luce patet, seu, ut Menander ait, in lucem ve- *oblivionis,*  
 nit. SECUNDÒ quod iis maximè felicitas æterna *diu enim*  
 adjudicetur, qui veritatem amant, & ab omni do- *laterne non*  
 lo & furo sint alieni (Psal. 14. v. 1.) TERTIÒ, expu-  
 gnat hæreses, & omnes errores, hinc Terrul. lib. I.  
*contra Marcionem:* Veritatis cuneo omnis extru-  
 ditur hæresis.

VI. à jucunditate. Vnde S. Augustinus (lib. 2. de lib.  
 arbit. c. 13.) Solemus, ait, audire voces clamantium se  
 beatos, si jaceant in rosis aliisque floribus, veletiam un-  
 guentis, odoratissimis perfruantur. Quid fragrantius,  
 quid jucundius inspiratione veritatis? Et dubitamus  
 nos, cum ab illa inspiramur, dicere beatos? &c.

In PERORATIONE monendis sunt Auditores, ut po-  
 tius sanguinem profundant, quam veritatem se-  
 mel agnitar deserant.

### XXIX. VITUPERATIO BLA- sphemæ.

IN EXORDIO recense, ex c. 28. Syracidis, & c. 3.  
 Epist. Jacobi quod mala creer licentia linguae.

In PROPOSITIONE dices, te de uno duntaxat eius  
 malo, de blasphemia dicturum.

CONFIRM. I. Locus, ab atrocitate huius peccati, *Mat. 12. v. 32.*  
 quam explicat Divina scriptura, cum ait. PRIMO, *B. Indas in*  
 Blasphemiam quandam nec in hoc seculo, *Epist. v. 9.*  
 nec in futuro remitti, quod de nullo alio pecca- *Esa. 7. v. 1.*  
 to dicitur. SECUNDÒ, nec Michaelem Archan- *Matth. 2. 6.*  
 gelum ausum fuisse diabolo, licet dignissimo, *v. 65.*  
 judicium inferre blasphemiarum. TERTIÒ, Ju- *Act. 14. v. 13.*  
 dæos ad auditam blasphemiam vestes discidisse *Iob. 2. v. 10.*  
 ut Rex Ezechias audita blasphemia Rabsacis.  
 QUARTÒ, uxorem B. Job ne nomine quidem  
 K 2                   blasphe-

blasphemiarum ausam fuisse uti, sed eius contrario, dicens: *Benedic Deo, & morere, credens eum illico expiraturum, si maledixisset.* QUINTO, cum gravissimam blasphemiam denuntiat pœnam. Lev. 24. v. 14. EDUC, &c. SEXTO, cum Exodi 20. v. 7. prohibeat assumere nomen Domini in vanum, multo magis prohibet illud assumere ad blasphemiam. Eadem atrocitatem docebis quatuor Rationibus. PRIMA, quia hoc crimen Deus afficitur contumelia in propria persona, & non in rebus ab ipso creatis, ut in furto, homicidio, adulterio: major enim est contumelia illata Principi, quam subditis. SECUNDA, quia persona Dei in infinitum excedit personas etiam Regum & Pontificum. TERTIA, quia in aliis peccatis contumelia infertur Deo præter intentionem; blasphemus autem primariò intendit Dei contumeliam, volens quasi vindicare se de Deo. QUARTA, quia est peccatum pro rursus diabolicum, & proprium damnatorum in inferno, unde

*Apoc. 16. v. 10.* in Apocalypsi de iis ita scribitur: *Commandaverunt linguas suas. &c.*

II. Locus ab eiusdem absurditate. PRIMÒ, quia è diametro pugnat cum omni justitia & charitate que, quam Deo debemus. Nemo siquidem tam ineptus est, qui maledicat amico suo & benefactori, cùm & bestiæ ferociissimæ minimo beneficio mansuetus

*Vide ducentum* sciant. *Hic licebit excurrere in commemorationem beneficiorum, quæ consecuti sumus à Deo, atq; ita argumentari à comparatis.* Servi Regum & Principum non solum non maledicunt dominis suis; sed nec patiuntur illos ulla injuria lacestiri ab aliis. Sic dux

*P. Lud. Gra-*

*2. Reg. 16. v. 10.* bellicus Regis David maledicenti Semei caput præscindere volebat. Neque Turcae suo Machumeto, neque Ethnici suis Diis, licet falsis, maledicere audent; quantum minus nos audebimus Deo vero, aeterno, optimo maximo?

SECUN-

**SECUNDÒ**, ostendes eius absurditatem ex eo, quod rationi naturali repugnat. Nihil enim æquè cum omniratione pugnat, quām amicum & benefactorem injuria afficere, ut placeas Satanæ capitali tuo & omnium fidelium hosti, cuius instinctu omnes blasphemant.

**TERTIÒ**, ex eo, quod nihil æquè stolidum & absurdum sit, quām eo genere peccandi delectari, quod horret Deus & homines, quod nullam nec animæ nec corpori adfert utilitatem. Quamvis enim omnia peccata obstant animæ, plurima tamen sunt, quæ saltem corpori aliquod allevamentum, voluptatem, vel lucrum conciliant: at blasphemiae non solum certam animæ perniciem, verum corpori etiam sæpiissimè horrendum eumque subitum interitum adferunt: atque hoc ex Theatro Vindictæ Divina probabis exemplis, & eorum commemorationem concludes hac similitudine Chrysostomi: *Vt Hom. 3. con-*  
*qui lapidem sursum jaculatur, corpus cœlestè non at-* Anoma-  
*tingere, nedum lacerare potest, plagam autem suo capite* <sup>os.</sup> *excipit, cum lapis eodem, unde jaculatus est, redeat: ita*  
*qui beatam illam blasphemat substantiam, ut nunquam*  
*offendere eam potest, sic ferrum adversus animam suam*  
*acuit & parat, cum se ingratum Domino bene merenti*  
*exhibit.*

**III.** Locus ab exemplis Sanctorum, qui nullis in- *Vide Chrys-*  
*commodis vel calamitatibus passi sunt se provo-* *in Hom.*  
*cari ad maledicendum Deo, vel Sanctis. Et si S.* *quod nemo*  
*Job, neque legem Dei, neque redemptionis Chri-* *læditur, nisi*  
*sti gratiam accepisset, tamen diabolus eum tor* *â se ipso.*  
*machinis, tot fraudibus adhibitis, totque suppli-*  
*ciis cogere non potuit, ut labiis suis peccaret: imo*  
*neque uxoris consilium sanctū illum virum sub-*  
*vertit. Eandem animi constantiam admiratur S.* *Ioan. 5. v. 5.*  
*Chrysostomus in ægro 38. annos ad piscinam Beth-* *Luc. 16.*  
*saidam sanitatem præstolante, item in Lazaro, &* *Col. 1. v. 24.*  
*S. Paulo.* *Rom. 5. v. 8.*

150 CONTRA SALTATIONES

*In EPILOGO hortaberis Auditores, ut non solum  
ipsi, hodie fortassis tribunal Dei præsentandi, os  
ad blasphemiam adversus omnipotentem nun-  
quam aperiant, & simulatque tentationem vel co-  
gitationem blasphemiae in animo suo exoriri sen-  
tiunt, eam confestimin ipsis principiis, tanquam  
ignis infernalis scintillam, excutiant; sed etiam in  
aliorum blasphemias graviter animadvertant. Ut-  
cumq; enim in nostra injuria mansuetudinem ex-  
erceamus, tamen Dei injuria, quæ sit per blasphemiam,  
nullo modo ferenda est, Moyses; mitissimus  
hominum super terram, in suis injuriis sustinendis  
prædicatur, ut liquet in contumeliis à fratre & so-  
nore ei illatis. At in vindicanda Dei injuria acerri-  
mus fuit. Etenim cùm populus eo absente vitulum  
aureum fabricasset, & pro Deo suo adorasset, illam  
insaniam cernens, primò tabulas Legis à Deo acce-  
ptas, ad radicem montis confregit: deinde vitulum  
illum combussit, & contrivit in pulverem, quem spar-  
fit in aquam: tum ex illo pulvere potum filiis Israel  
dedit. ut cò magis vitulum suum horrerent. Aaro-  
nen fratrem acriter objurgavit, & ad populum  
clamavit: Si quis est Domini, jungatur tecum, mox-  
que air: occidat unusquisq; fratrem suum, & amicum,  
& proximum suum. Adeo vchemens Moyses fuit in  
vindicanda Dei injuria.*

XL. SALTATIONES ET CHOREAS  
inter Christianos non esse ferendas.

*IN EXORDIO dices, quòd suu honestis delectati-  
onibus & recreationibus relinquatur locus, &  
doctores quidam non improbent choreas mode-  
ratas in nuptiis honestis, aliisve privatis amico-  
rum conventibus institutas.*

*C. Presbyter. In PROPOSITIONE: Te tamen ostensum lon-  
dis. 34. exc. gè securius esse, in totum ab illis abstinere, non  
Laud. c. 26. solum*